



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Festis quatuor sunt necessaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Festis quatuor sunt necessaria.

Exo. 20 **Sabbati** **P**rimum est, uacare a terrenis operibus. Exo. 20. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo autem die sabbati dominii dei tui est, non facies omne opus tuum, & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua; iumentum tuum, & aduena, qui est inter portas tuas. Gen. Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit die septimo. Non solum autem quiescendum est exterius, sed etiam interius. Ezech. Qui quiescit quiescat, qui quiescit inquam corpore, quiescat & mente, silicet a sollicitudine terrenorum. Matt. Nolite solliciti esse quid manducabimus, aut quid bibemus, &c. Secundum est, depositio peccati. Hier. Custodite animas uestras, & nolite portare pondus in die sabbati, id est peccata. peccatum enim magnum pondus est. Vnde Gregorius omne enim peccatum grave est, quia non permittit animam ad sublimia leuari. Tertium est, ut canemus peccata committere. Exod. Memento ut diem sabbati sanctifices, id est, sanctum conserues, diligenter in eo 2

INSTITV TIO. 101

eo a peccato cauendo, quia Dominus sanctificauit eum. Exo. Benedixit Deus Exo. 20 minus diei sabbati, & sanctificauit eum. Et Gen. 2. & Hier. 17. Sanctifica Gen. 2. te diem sabbati. Quartum est, ut utili Hier. 17 tati animae intendamus, spiritualia opera faciendo.

*Filiij Dei dicuntur tria genera
hominum.*

INimicorum dilectores. Matt. Di-
ligite inimicos uestris, &c. Ut si-
tis filij patris uestri, qui in cælis
est. Et Augustinus. Qui dilexerit ini-
micos, hic erit Dei altissimi non so-
lum amicus, sed & filius. Secundo, Di-
scordantium pacificatores. Ecclesia-
sticus. In iudicando esto pupillis mi-
sericors ut pater, & pro uiro matri il-
lorum, & eris tu uelut filius altissimi,
&c. Tertio, pacis amatores. Vnde di-
cebat Saluator noster. Beati pacifici Matt. 5
quoniam filij Dei uocabuntur.

*Fornicationis uitium fugiendum
est propter quatuor.*

Primo, quia Deo displicet; ho-
mo enim dominus & templum Dei
est, secundum Pauli sententiam.

I 5